

Pline l'Ancien (I^{er} siècle ap. J.-C.), *Histoire naturelle*, II, 6.

Si ce texte de Pline fait encore référence à la mythologie, il témoigne néanmoins d'observations précises.

Sed omnium admirationem uincit nouissimum sidus, terris familiarissimum et in tenebrarum remedium ab natura repertum, lunae. Multiformis haec ambage torsit ingenia contemplantium et proximum ignorari maxime sidus indignantium, crescens semper aut senescens et modo curuata in cornua facie, 5 modo aequa portione diuisa, modo sinuata in orbem, maculosa eademque subito praenitens, immensa orbe pleno ac repente nulla, alias pernox, alias sera et parte diei solis lucem adiuuans, deficiens et in defectu tamen conspicua, quae mensis exitu latet cum laborare non creditur ; iam uero humilis et excelsa, et ne id quidem uno modo, sed alias admota caelo, alias contigua montibus, 10 nunc in aquilonem elata, nunc in austros deiecta. Quae singula in ea deprehendit hominum primus Endymion ; ob id amor eius fama traditur. Non sumus profecto grati erga eos qui labore curaue lucem nobis aperuere in hac luce [...].

Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu, uicenis diebus septenisque et 15 tertia diei parte peragit spatia eadem, quae Saturni sidus altissimum XXX, ut dictum est, annis [...]. Haud scio an omnium quae in caelo pernosci potuerunt magistra : in XII mensium spatia oportere diuidi annum, quando ipsa totiens solem redeuntem ad principia consequitur: [...] ideo inaequali lumine adspici, quia, ex aduerso demum plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, 20 quantum a sole ipsa concipiat; in coitu quidem non cerni, quoniam haustum omnem lucis aversa illo regerat, unde acceperit. sidera uero haut dubie umore terreno pasci, quia dimidio orbe numquam maculoso cernatur, scilicet nondum suppetente ad hauriendum ultra iusta vi; masculas enim non aliud esse quam terrae raptas cum umore sordes. defectus autem suos et solis, rem in tota 25 contemplatione naturae maxime miram et ostento similem, magnitudinem umbraeque indices existere.

VERS LE BAC > PARTIE 1

1. Traduire de « ideo inaequali lumine » (l. 18) à « existere » (l. 26).

2. **LANGUE** Identifiez les formes « nouissimum sidus » et « familiarissimum » (l. 1) et traduisez-les.

3. **LEXIQUE** Expliquez le terme « ingenium » (l. 3) en contexte.